Epistola 200. IOHANNI COCCEJO MARTINUS HUNDIUS.

Reverende Clarissime Vir, Affinis ac praeceptor honorande.

Binas jam abs te habeo literas, quibus responsum debeo, et ad priores quidem, quas tardius mihi tradidit, brevi respondere dixi tibi; quia scribebam ... Arnhemii esse in via; has 15 Martii scriptas mense 9 Junii demum per Wyngardum nostrum accepi; ad utrasque hac commoda occasione (per quam et abs te novas expecto) et quidem ut vides festinanter respondeo. De ~~Heinsio Coccejo~~ ego gaudeo et apud Curatores nostros et Collegium professorum aliquid dixeram; sed cum nondum tuas haberem de ejus animo et studiis, nihil pronuntiare poteram, nisi quod Claubergius noster ex vestrae Academiae Professoribus et Ego aliunde, didiceramus. Dictus interim, cujus pater hujus Academiae Inaugurator, avunculus vero Curator, Theologicam professionem obtinuit. Salutavi ipsum tuo et tuorum ut praecepisti nomine, et congratulationem tuam ipsi praelegi. Forte is brevi ad vos et Amstelodamum descendet. Quod conatus mei contra Methodum Walenburgiorum tibi probantur gaudeo; qui in agro Juliacensi, ubi jam degunt, suis provocationibus, Ecclesias istorum locorum, et easdem pastores sub cruce gementes, novo probro afficiunt. Labia nostra nequiquam nobiscum sunt, quis noster Dominus.

stica Sophistica illa Methodo, qua, ne unquam res cum re conferatur, impedire conantur, et singularum saltem pernicitate et pernicie unicum eorum est praesidium. Fertur D. Voetium solicitatum ab Ecclesiis Juliacensibus et Legato ordinum, qui Coloniae est, ut cum istis Goliathis in conventu Moersensi conferentiam, ut loquuntur, vel disputationem iniret, eorumque ipsi, ad deprimendam eorum animositatem, in arenam descenderet. Persuadebit sibi, nullum esse è numero provocatorum, qui ad certamen prodire et se cum ipsis committere audeat. Editionem tertiam libelli de foedere, quam introductione aliqua de cognitione Dei, promittis, avide expecto; sed cur eidem non inseris vel alio tractatu nobis edis quae de regimine Ecclesiae N.T. cap. 14 promisisti?

Ego quoties occasio datur meis auditoribus, sicut an etiam cu
ultimis Mosis commendo; priorem etiam publice et privatim
pro viribus nonnunquam explico. Lexicon Hebraeo-Gr
cum ne moretur commentarium tuum in psalmos e
Esaiam, aliosve tuos labores, quamvis enim illud no
inutile sit futurum; mihi etiam exoptatissimum, [illegible]
qui confectio non est tibi praeferenda ceteris tuis me
ditationibus, quibus nos erudis. Affinem meum m
acriter reprehendi literis meis, quod is (sine [illegible]
dubio, quum ex ejus solius consilio serenissima p
sibi scripserit) suo instinctu te a melioribus
et magis necessariis studiis abstrahat. De Ep
suo Polono quid sentiam, ni fallor ante hac scrip
~~[illegible]~~ Exemplar, quod mihi dono dedisti, et pro quo tibi g
ratias ago, mihi gratissimum fuit; quamquam jam
[quod [illegible] tuum [illegible] parentis mei]
ante aliud mihi comparaveram et legeram. [illegible]
in Apocalypsin proxima septimana legere occip
notulo; quae non bene scripta, et quae minus [illegible]
intelliguntur. Propositiones tuas 25 de principi
Reformatorum ne nobis invideas. ad cetera
respondebit conjux mea. Vale Rev. cl
Dne Affinis, ac perge erudire et amare

Tuum
Martinus Hun

Clarissima conjux tua tuum [illegible]
liberis ex me officiosissime
salvere jubetur.
Duisburg 20 Junij 1657

270ff

m tenebris
unsönen multo
ge eulesian
teres fueri:
ore reverenter
ticil. parti
Kliosam Jenum
1657. 16. Ebris
h. Valkinier

Reverendo Clarissimo Viro
D. Johanni Coccejo SS. Theolog.
Doctori, ejusdem Facultatis in
illustri Academ. Lugduno-Batava
Professori celeberrimo, Affini
meo plurimum honorando.

Leiden.